

*uilla etiam et Uicum, Diuillare et Tiliacum, Pomeriolum etiam, cum quo predictum monasterium a beato Leone papa constat esse dotatum, sed et Millanc et Keirelingun, Uualeno et Cheittingun, quod ab ecclesia sancti Chuniberti Colonie pro aliis illuc bonis concambio est mutatum, et quod in villa Uuilere a quodam Bezelino et Uualtero predictis fratribus est datum vel quod in Dagenheim et Sira, Neuus et Biuera a diversis Christi fidelibus eidem loco antiquitus videtur esse collatum, sed et Buxerias et Caminetum, quod Hildigardis regina cum omni utilitate ad prefatum contulit locum, Laium etiam monasterium, quod Aeuia quedam comitissa cum silva, quæ vocatur Heis, et cum omni utilitate eiusdem silvæ, cum ponte etiam et piscatione ad Campaniolas circa Murt fluvium ad sæpe dictum tradidit monasterium.*

*Hec igitur omnia per interventum dilectissimæ coniugis nostræ Mathildis reginæ nec non Burchardi Monasteriensis, Herimanni Augustensis, Ōdalrici Constanciensis, Hugonis Brixiensis, Gerhardi Tridentinensis, Mazonis Uirdunensis venerabilium episcoporum aliorumque fidelium nostrorum*

*ad prebendam fratrum inibi deo famulantium hac nostra imperiali preceptione tali modo delegamus et confirmamus in perpetuum,*

*et Tiliacum, Caminetum vero et Buxeriam, quod Hildigardis regina cum ecclesia et decimatione, silvis et vineis, aquis aquarumque decursibus, molendinis etiam iam factis vel in quocumque loco iuxta Salliam fluvium infra bannum eiusdem curiæ sibi placuerit per villicos fratrum semper transponendis et faciendis ad prefatum sæpius contulit locum. Pomeriolum etiam, cum quo et per quod ecclesiastico more ipsum sæpe dictum dotavimus monasterium; sed et Laium castrum, quod quædam Eva comitissa cum silva, quæ vocatur Heis et cum omni utilitate vel suffusa eiusdem silvæ, cum ponte etiam et piscatione circa Murt fluvium (!) ad prebendam delegaverat fratrum. Biuera etiam a Fridelinde comitissa eidem loco traditum, sed Cuonradi gloriosissimi imperatoris auctoritate firmatum; sed et Nauis quidem vicum iuxta Mosellam fluvium a Dagoberto rege traditum et corroboratum vel quicquid in inferioribus partibus in Coloniensi episcopatu ad predictum pertinet cenobium ...*

*Stumpf Reg. 3147: ... ob interventum ... dilectissimæ conlectalis nostre Mathildis reginæ nec non Burchardi Monasteriensis, Ōdalrici Constanciensis, Gebhardi Tridentini, Mazonis Uirdunensis venerabilium episcoporum et Erlolfi venerandi sanctæ Fuldensis ecclesiæ abbatis aliorumque fidelium nostrorum ...*

*Stumpf Reg. 3069: ... ob interventum ... Herimanni Augustensis ...*

*JL 4186: ... hæc quidem omnia prebendæ, eorundem fratrum hac nostra apostolica preceptione delegamus et confirmamus in perpetuum.*